destruendo. Et ascendentes montem qui dicitur monsfloris turrim excelsam super eo hedificatam destruxerunt liberatis ex pacto defendentibus ipsam. et descendentes ~~..~~ in planitiem consilio sumpto civitatem proposuerunt vincere obsidendo quodam nobili inter cetera hoc modo dicente:

Ecce aggredimus civitatem gente bellicosa plenam cuius dementia quia sic crevit audaciam infructibilem generando sine dubio preliabimur cum eamdem opus est igitur patrum sequi vestigia ~~sequi~~ quam in partibus istis in campo piceno tempore nobilis catiline fuerunt adepti victoriam expedit recordari. Oportet igitur in bello esse quemquid constantem et fortem quando contenditur cum minoribus. quoniam vituperabilius esset occasus minores tamen non dico domi se non defendentes. quoniam licet dicatur